Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31239
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">

libris: cum falsas arguerim religiones & hoc cum falsam sapientiam tolle
rem: ubi veritas sit ostenderim: planius tamen que religio. & que sapi
entia vera sit. liber proximus indicabit:—

Quomodo unius seculi error in omne sit transfusus etatem & orbem oc
cupaverit. & gretia post gloriam septem sapientum studio perquirende veri
tatis exarserit: & studiosi eius se maluerint philosophos quam sapientes appellari:
Quod ubi querenda est sapientia ubi gentibus est stulticie titulus: &
quare pythagoras & plato litterarum persecutores non accesserint
ad iudeos:
Quod sapientia & religio inseparabili coherent: & quod necesse est eodem nondum
los esse secretarios sapientie: & numinis sacerdotes: & quare sit contra naturam colere
plures deos: & quare necessitate nature oportet dominum esse unum unicuique
sicut patrem unum:
Quod sapientia spectat ad filios. religio ad servos & utriusque fons deus unus
solus & verus: qui ingratum abdicat filium. & fugitivum punit servum:
Quod oracula prophetarum solicite inspicienda sunt: quos divinitus esse loquutos
rerum multo ante predictarum convincit eventus & quo tempore prophetavit
Moyses: quot annis Iosue rexit populum: quot annis prefuerint iu
dices: Quamdiu iudeorum regnaverint reges: quo tempore dominatus sit Cy
rus: quod in prophetis est sapientie fundamentum:
Quod deus creator omnium omnipotentem genuit filium: & per eum crea
vit universa. Testes sunt Trismegistus & Sibillina oracula consona prophe
tis & sapientissimo Salomoni:
Quod nomen filii & angelis & hominibus sit ignotum. licet nomen habe
at: quod ab utrisque adoratur. & unde dicatur Iesus & unde Christus:
Quod filius bis natus est eternaliter de patre. temporaliter de virgine matre: sed
nativitate inexcogitabili & ineffabili: Et quare dicantur verbum dei vel ver
ba & quare hominis spiritus dissolubilis. & quid David & Salomon prophetaverunt
de hoc verbo: Et quantum Salomon precesserit troianum bellum & quid
Iohannes evangelista de eodem verbo:
Quod melius dicitur a grecis logos: quam verbum a latinis. & quid de eo senserint
gentiles philosophi & Trismegistus:
De secunda nativitate filii: quam prophete multum ante predixerant.